



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Flores Meditationvm**

**Bebius, Philippus**


**Coloniae Agripp., 1623**

Medit. 26. De magno mandato.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](#)

6. Dicebat ad initatos parabolam. Merito de Christo dicitur: zelus tuus comedit me, Psal. 68. 10. Ioan. 2. 17. qui vbi cunq; esset, zelo diuini honoris, & salutis humanae tenebatur, vt etiam in conuiuio, mores deceperet & præcipue humilitatem: quam ab eo discesserunt.



## MEDITATIO XXVI.

### DE MAGNO MANDATO.

#### PVNCTA MEDITATIONIS.

I. Doctori roganti quod esset magnum mandatum? Resp. Iesu: Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde, anima, mente, viribus, &c.

II. Secundum huic simile: Diliges proximum tuum, sicut te ipsum.

III. In his duobus præceptis, uniuersa lex pendet, & prophetæ.

#### F I G V R A.

Duid vir secundum cor Dei; fecit omnes voluntates Dei, non fuit nisi milis.

A& 13.

22.

#### PROPHETIAE.

Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.

Di.

- Le. 9. Diliges amicum tuum, sicut te ipsum.  
 18. Si toto corde reuertimini ad Dominum  
 1. Reg. 7. &c. seruite illi soli.  
 Cum quiesceris Dominum Deum tuum,  
 Deut. 4. inuenies eum. Si tamen in toto corde qua-  
 29. sieris eum.

## D O C V M E N T A

1. **Q**uamvis hic Legis Doctor, Dominum interrogasse videatur, potius animo tenandi, quam discendi, ut ille alius (Luc. 10. qui simile quid rogauit: tentans eum) tamen Christus Dominus veritatem frumentum proposuit, tum propter honorem patris celestis, quem ubique augere desiderabat: um, ut officio suo, & incarnationis fini satis aceret, de quo apud Pilatum dixit: Ioan 18. Ego in hunc mundum veni, ut testimonium perhibeam veritati. Hanc alios iuuandi, honoremque aeterni Patris promouendi, sitim imitari nos conuenit; ut opportune, importunè veritatem pro redata, & conditio nostra, proponamus, et ac circa hostes defendamus.
2. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde &c. diligimus ex toto corde quando omnes cogitationes in eum reflectimus; ex tota anima, cum omnes affectiones in eum convertemus; ex tota mente, cum omnes quinque sensus facimus ei seruire; ac nihil, nisi propter ipsum diligimus. Vid. P. Alu. 10. 1. 1. L. 3. c. 16.
3. Quinq; autem signa amoris communiter obseruantur. 1. libenter colloqui cum eo, quem diligis. 2. eius domum adire. 3. secreta sua ei patrificare. 4. cum eo comedere. 5. eidem munera donare. Hac ipsa cum Deo facienda, 1. vt libenter


## MEDITATIONVM. 509

ter cum eo in oratione, & meditatione collo-  
quaris. 2. Templum, quæ domus eius est, cre-  
bro ad eas. 3. peccata tua etiam secretissima ipsa  
per vicarium confitearis. 4. SS. communionem  
sepe usurpes. 5. si manera alia offerre nequeas,  
aut eleemosynas in pauperibus, saltem omnia  
opera tua offer ad eius gloriam, & maiora ad-  
huc animo concipias.

4. *Diliges proximum:* hoc est, non tantum  
amicum, vel Christianum quemlibet, vel tibi  
notum; sed omnes homines, tam notos quam  
ignotos, amicos, & inimicos, fideles, & infide-  
les: quia omnes ad eius imaginem creati sunt,  
& eiusdem in parentis Adam filii, pro quibus om-  
nibus debemus orare, offensas condonare ba-  
naq; temporalia, ac spiritualia illis precari, quia  
pro his item omnibus Christus mortuus est.

5. *Huius simile:* tam enim necessaria est  
nobis proximi dilectio, ut sine ea Deus ipse  
diligere non possit: dicete Apostolo I. Ioan 4. *Qui  
non diligit fratrem, quem videt.* D E V M,  
quem non videt quomodo potest diligere?

6. *In his duobus vniuersa lex pendet.* Et  
non quod alia nulla præcepta sint; sed quia omnia  
quæ præcipiuntur, consuluntur, prohibi-  
bentur, promittuntur, docentur &c. In scrip-  
tura vel prophetis, finis est dilectio Dei &  
proximi, sine qua, opera etiam optimam nil  
prosunt ad salutem: ut proinde ad eam, ut si-  
udem omnia omnino dirigenda sint.



## MEDITATIO XXVII. DE VESTE Nuptiali.

### PUNCTA MEDITATIONIS.

I. *Dixit Iesus parabolā. Rex ad nuptias Mat. 26,*  
*filiis,*